



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

IV. Paridam, Anno und Wasmod von dem Knesebeck verkaufen dem Ritter
Burchard von Bartensleben vier Höfe zu Grusendorf, am 21. Juni 1322.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55003](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55003)

IV. Paridam, Anno und Wasmod von dem Kneſebeck verfaufen dem Ritter Burchard von Bartenſleben vier Höfe zu Grufendorf, am 21. Juni 1322.

Nos paridamus, Anno et Wasmodus, fratres et famuli, dicti de Kneſebeke, — quod vendidimus iuſto venditionis titulo honeſto militi Borchardo de Bartenſleue ſuiſque veris heredibus quatuor curias in uilla Grutzendorpe pro XXⁱⁱ marcis puri argenti cum omnibus attendantiis et omni iure — —. Predicta vero bona aut curias reemere poſſumus a feſto Johannis Baptiſte proximo vltra ad duos continuos, duobus vero hiis annis elapſis, ſi talia bona per nos redempta non extiterint, ſepredictus Borchardus, miles, pro bonis ſuis hereditariis libere poſſidebit. — Datum anno Domini M^o. CCC^o. XXII^o., feria tertia ante feſtum Johannis baptiſte.

Nach dem Originale im Wolfenburger Archive, nach Danneil's Mittheilung.

V. Ritter Hempo von dem Kneſebeck läßt dem Herzoge Otto von Braunschweig und der Herzogin Agnes gewiſſe an Bürger in Salzwedel verkaufte Gebungen auf, am 5. Januar 1331.

Nos hemppo, miles, dictus de Knifbek, preſentibus recognoſcimus, quod Johanni hartwici et Johanni prope fontem et helwico de ſtolppen et Thiderico de urfleuen et Johanni clot, ſartori, et henneken wentt, ciuibus in Soltwedel, vendidimus et dimiſimus in duabus ville pritzir XXIX modios ſiliginis et III^{or}. ſolidos lunenbergium denariorum et III^{or}. ſolidos ſoltwedelenium denariorum cum decima minuta earundem et Jure ſupremo et infimo et Aduocacia infra ſepta curiarum dictarum ad manus congregacionis, que dicitur ellengilde, quos eciam redditus per nos rite venditos et voluntarie cum abnegacione pheodi illuſtri principi ac domino, domino Ottoni, duci brunſwicenſi, ac eius nobili conthorali, domine Agneti, per Johannem hartwici et Johannem prope fontem, Ciues in Soltwedel, reſignamus et preſentibus offerimus et tranſmittimus conferendos. In ſignum autem premiſſorum ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Sub Anno domini M^o. CCC^o. XXXI^o., in vigilia epyſanie domini.

Nach dem Originale des Stadtarchives zu Salzwedel Fach 12. Nr. 19.